

qui nec attentavit, nec sollicitavit, nec corruptit, sed attentanti, sollicitanti, corrupti consentit.

88 Quin immò si licet arguere à majori ad minus, quod procedit destructivè, seu negativè, ut docet *Everard. topica Juris in loco à majori num. 1.*, ubi *nu. 2.*, quod habet locum in delictis, & pœnis, sic poterimus arguere. In casu *decis. 137.*, *Sperell. Juvenis* cum scalis ingressus est clausuram Monialium, tota nocte cubavit in lecto Monialis, & consequenter creditur ipsum fuisse sollicitantem, corruptentem, mane factò detectus fugit, nec tamen damnatus fuit ultimo supplicio, sed mitiori pœna, nempe ad triremes, & certo concurrunt in eo casu circumstantiæ magis agravantes, nempe cum scalis muros clausuræ, ascendere, clausuram ingredi, & violare, per totam noctem cum Virgine Moniali alloqui, in ejusdem Monialis lecto jacere, quæ circumstantiæ non concurrunt in nostro casu, ergo videtur omninò concludendum, minori pœna puniendum.

89 Afferunt aliqui *tex. in l. si quis in hoc genus C. de Episcopis, & Cleric.*, ad inferendum, quod circumscripto etiã raptu, polluens Monialem pœna mortis sit afficiendus, verùm non video quomodò *tex.* sit applicabilis nostro casui; nam *tex.* loquitur de sacrilegio irruentis in Ecclesiam, & invadentis Sacerdotem sacra facientem, ut explicat *Barbosa, & Salicetus ibi num. 1.*, *tex.* enim requirit violentiam irruentis, vel invadentis in loca vel personas sacras in ministerio sacrorum occupatas, hic in nostro casu nulla est violentia, neque in locum, neque in personam, & est circumstantia valdè considerabilis, deinde præterit Monialis, se non esse personam Deo sacratã propter invaliditatem suæ professionis, & quousque non assignetur ei terminus habilis ad id probandum, non possumus dicere constare de sacrilegio, quod in terminis hujus legis si quis in hoc genus notavit *Albricius in l. si quis non dicam rapere num. 1. C. de Episcopis, & Cleric.*

90 Pro Fisco replicabatur, quod *tex. in cap. si quis rapuerit Auth. de Sanctissimis Episcopis collat. 9.*, dum prohibet sub pœna ultimi supplicii corrumpere quancumque mulierem habitum religiosum deferentem, seu habentem, ad litteram habebat locum in

præsenti casu, quia corrumpere si potest verificari in duplici sensu scilicet, vel in animo, vel in corpore, sufficit, quod verificetur in uno sensu, scilicet in corpore, ut verificatur in hoc casu, quo Miles falsus est, se pluries carnaliter cognovisse hanc Monialem, & quod hoc sufficiat constat, tum quia lex disiunctivè singulas actiones prohibitas punit eadem pœna capitali, tum quia finis principalis, & ultimus prohibitionis in eo *tex.* est, ad evitandam talem corporis corruptionem, quia qui rapuit feminam, vel sollicitat, vel corrumpit animo, hoc facit regulariter ad copulam carnalem habendam, nec verissimile est, quod lex magis puniat actiones minus principales, quæ sunt velut via ad consumationem copulæ, quàm ipsam copulam, quæ est finis ultimus ad quem tendunt; tum quia habemus *tex. in l. si quis aliquid §. qui nundum ff. de pœnis*, ubi corrumpere Virginem, intelligitur de corruptione in corpore.

91 Verificatur pariter absque controversia, quod hæc Monialis deferrebat habitum religiosum, & habebatur pro validè professa, & per decem, & octo annos in religione cum ceteris Monialibus taliter conversata est, & hoc sufficit ad incurrendam pœnam legis, instante Fisco, eo modo, quo mulier incurrit pœnam adulterii, quæ habebatur pro validè marito coniuncta, & validum matrimonium contraxisse, licet post adulterium probet matrimonium nulliter fuisse contractum, dummodò instet Maritus, non Jure mariti, sed tamquam extraneus, juxtà distinctionem, & theoriam *Bartol. in l. si Uxor §. sed si ea ff. ad l. Juliam de adult.*, *Tiraquell. de leg. conubiali glos. 8. num. 244.*

92 Verùm neque oppositio Fiscus sustinetur, ad effectum imponendi pœnam ordinariam ultimi supplicii, quod enim opponebatur, quod sola corruptio corporis sit sufficiens, hoc negamus, sicuti negamus esse finem principalem prohibitionis, licet sit finis principalis, & ultimus rapiantis, sollicitantis, & corruptentis, lex enim singulas eas actiones disiunctivè prohibet sub eadem pœna, undè singulas eas considerat principales, & ultimas, quia singulæ magnam inferunt iniuriam religioni, & Christo sponso, etiam si non sequatur copula.

93 Dein-

93 Deinde sicut potior est Virginitas mentis, quàm corporis, ita è contra, potior est corruptio mentis, quàm corporis, ut ex *D. Ambrosio relato in c. Tolerabilis 32. q. 5.* ubi *glos. in Verb. tolerabilis* explicat, idest *Sanctius*.

94 Tum quia corruptio corporis sequitur, ad corruptionem mentis, necesse est ergo, quod Fiscus probet militem corrupisse mentem Monialis, vel data pecunia, vel promissa, vel alio commodo, & utilitate exhibita, qua animus Monialis inclinaretur ad corruptionem corporis, ad notata per *Raynald. cap. 4. §. 6.*, & *7.*, quod non solum non fuit probatum, quin potius constat oppositum, Monialem scilicet corrupisse mentem Militis, ac propterea læno dicitur, qui leniendo animos corrumpit: *Ricciol. de Lenionibus cap. 1. num. 1.*, & prius cor corrumpitur, quàm corpus, *toto Auth. de Lenionibus*.

95 Tum quia corrumpi in animo, importat majus delictum in muliere corrupta, quæ consentit, quod numquam potest esse sine peccato, ubi corrumpi in corpore, posset esse sine peccato, si contingeret in invita; *tex. clarus in can. de pudicitia 32. q. 5.*, ubi, quod non potest fieri, ut nisi quis mechetur prius in corde, mæchari possit in corpore, ubi ex *D. August.*, *sicut nemo impudicè utitur corpore, nisi prius concepta nequitia*; tum quia dum dicitur, quod *tex.* potest habere, seu pati utramque intelligentiam, scilicet corrumpi in animo, vel corrumpi in corpore, ex hoc constat, quod ista lex potest habere plures sensus, nec clarè constat in quo sensu loquatur, dum imponit pœnam ultimi supplicii, ac pro-

96 pterea intrat communissima sententia Rotæ, & Doctorum, quod lex habens plures sensus, non possit allegari ad decisionem causarum: *Merlin. decis. 126. nu. 54.*, *Bartol. in l. in ambiguo*, ubi *Soccin. ff. de rebus dubiis*, ubi *Bartol. notat. num. 2.*, illud sensum esse tenendum, qui aliis legibus, & rationibus probatur: *Abbas in cap. cum in Jure peritus sub num. 1.*, ubi quod si lex habeat duos sensus, unus indubitabilis, alius dubitabilis, debet summi in sensu dubitabili: *Roman. singular. 748. num. 2.*, *Glos. singularis in c. 1. in Ver. Clericum de tempor. ord. in 6.*, *Spada consil. 164. num. 4.*, *consil. 191.*

*num. 20.*, *Felin. in cap. 1. sub. num. 55. Vers. Tertio noto de constit.*, *Menoch. Consil. 243. num. 56.*, *Corneus consil. 94. num. 4. Vers. nec etiam, & num. 5. Vers. non obstantibus lib. 1.*, *Caccheyan decis. Pedemont. 22. num. 19.*, *Rebuff. in proemio const. Regal. glos. 5. num. 3. tom. 1.*, *August. Barbosa in cap. Quoniam n. 4. de constit.*, ubi, & *Fermosin. num. 3. q. 1. Gratian. discept. for. cap. 242. nu. 17.*, *Franc. decis. 369. num. 8.*, *Fagnan. in cap. Quoniam num. 2. de constit.*, *Everardus in loco à Rubro ad Nigrum num. 9.*, & interpretatio summitur à potentiori significatione verbi, etiã in odiosis *c. 1. de sentent. excomm. l. 1. §. si in perpetuum ff. de agro vectigal.*, seu *emphit.*

97 Ratio assertur in *l. in ambiguo ff. de rebus dubiis*, quia ubi vox habet plures significationes, non possumus certò dicere, legislator, hoc voluit, in pœnalibus autem requiritur certa Juris dispositio, nec potest apponi pœna, quæ certò à Jure non sit imposita: *Rota decis. 489. num. 2. p. 2. recent.*, *Barbosa axioma 181. num. 7.*, & intrat regula, *quod in ambiguis, sicut in obscuris, quod minimum est sequimur, l. in obscuris ff. de reg. Jur.*, *c. in obscur. de reg. Jur. in 6.*

98 Ad, illud quod Monialis deferret habitum religiosum, & communi conceptu habebatur pro Moniali, dicimus non sufficere, ad effectum incurrendi pœnam ordinariam ultimi supplicii, quia requiritur qualitas sacrilegii, ut supra probatum est, quæ non reperitur, ubi non fuit professio valida, ac propterea *Philippus Decius præallegato consil. 305. nu. 4.*, dixit hanc rationem non esse solidam, sed posse impugnari.

99 Nec paritas ex *Bartolo* deducta quidquam urget, tum quia non loquitur ad effectum imponendi pœnam ultimi supplicii, sed pœnam pecuniariam, sicuti ad effectum ammissionis dotis, sufficit constare de matrimonio præsumptivè *cap. litteris de præsumpt.*, secus si agatur criminaliter, & ad pœnam ultimi supplicii, *c. litteras de præsumpt.*, *Petrus Barbosa ad l. 2. in principio n. 61. ff. solut. matrimonio.*

100 Tum quia etiam ad effectum ammissionis dotis, plures Doctores assert, & sequitur idem *Barbosa supra num. 44.*, contrarium sentientes scilicet propter adulteriũ commissum in matrimonio putativo, nec dotem amittere, quia si Maritus agat Jure Mariti,

Mariti, & non probat verum matrimonium, nihil agit, si verò Jure extranei, non lucrari dotem, sed tantum esse locum pœnæ extraordinariæ, sicuti neque tunc Maritus putatius potest occidere Uxorem repertam in adulterio, quia consideratur quasi extraneus.

101 Tum quia ex eodem *Barbosa*, magna est differentia, si mulier opponat de nullitate matrimonii, postquam per sententiam est condemnata de adulterio, & tunc non auditur, si verò post accusationem, sed ante sententiam, tunc relevetur, quia non est commissum adulterium, ita, & in casu nostro, cum nullitas professionis opposita fuerit ante sententiam, debet relevare inquisitos.

102 Tum quia si ponderetur tex. in quo fundatur *Bart.*, & *Tiraquell. nempe in l. si Uxor §. sed, & si ea sit ff. ad l. Juliam de adult.*, ibi (*quæ quamvis Uxoris nomine animo haberetur, Uxor tamen esse non potest, ex verbis esse non potest*) (constat impedimentum aliunde esse debere, quam ex defectu consensus, quia attentio solo consensus defectu, dici non valet) esse non potest (*sed esse non valet*), & *Tiraquell. ibidem num. 245.*, clarius explicat (ibi *Maritus putatius, qui scilicet duxit Uxorem, quam non licebat*) hoc autem non licere importat aliud impedimentum, quam consensus defectum, si enim voluisset consentire, licebat, tum quia *Farinacius q. 141. nu. 63*, dicit adulterium tunc puniendum pœna ordinaria, licet matrimonium probetur invalidum, quando nullitas proveniret ex alia causa, quam ex defectu consensus sufficientis; unde data etiam paritate, sumus in casu, quod professio prætenditur nulla ex defectu consensus necessarij; Tum quia si maritus putatius potest agere contra putativam Uxorem Jure extranei, non inde sequitur, quod ipse mæchus puniri possit de adulterio, nos agimus de puniendo homine, quasi adultero.

103 Hinc est, quod *Albericus in dicta l. si Uxor num. 1. ff. ad l. Juliam de adult.*, exemplificat de nullitate proveniente propter affinitatem, & tunc Uxor amittit dotem, & ratio est, quia dum consensit, quantum in se fuit, voluit validum matrimonium, ac propterea non debet in præjudicium acceptati Mariti quidquam attentare, at

quando non consensit saltem validè, tunc fidem non dedit, ita ut tradendo corpus suum alteri non dicatur fidem violare, quæ ratio etiam militat in nullitate professionis, ex defectu consensus.

104 Idem ponit *Sanchez de matrim. lib. 10. disp. 8. num. 7. in fine, & num. 32. in fine, & facit regula, quod nemo potest venire contra factum proprium, & proprium consensum cap. diversis salacis cum gloss. in Verbo non per te de Cleric. conjugat, c. cum non ignores de præb. c. nulli 8., & ibi gloss. in Verbo impugnare de elect. in 6.*, quando igitur fuit sufficiens consensus in muliere ad matrimonium, quod ex aliquo impedimento est nullum, mulier non potest contra proprium consensum venire, at si deficit sufficiens consensus, tunc non venit contra factum proprium; unde non intrat pena adulterii.

105 Facit, quod impedimentum publicæ honestatis oritur ex matrimonio rato irrito ex quocunque alio impedimento, quam ex defectu consensus, quia deficiente consensu, cum nullitas insit de Jure naturæ, neque potest parere hanc publicam honestatem, ex late traditis per *Sanchez. de matrim. lib. 7. d. 70. n. 5., Rebellum p. 2. de Just. oblig. lib. 3. q. 14. num. 2., & lib. 4. sec. 5. in declarat. num. 101., Hurtad. de matr. disp. 21. diff. 2. num. 7., Bonac. de Matrim. q. 3. p. 11. num. 11., & 12., aliq. allegat. per Barbosam ad Trid. sess. 24. c. 3. de reform. matr. nu. 14. & de potestate Episcopi alleg. 51. num. 177.*

106 Nec miretur aliquis, quod pro Milite, qui tam turpia patravit, cum moniali, calammum excitaverim ad defensionem, nam consideratis circumstantiis facti, multo innocentior Moniali est, ac venia dignior, dum sollicitatus ipse vehementer, & quasi dissentiens, attractus fuit ad delinquendum ab ipsa Moniali, quæ muneribus, pollicitationibus, argumentis, importunis præcibus fuit illi in scandalum, quod ex quadam paritate confirmari potest, ex iis quæ scripsit *Rupertus Abbas lib. 3. cap. 22. de Trinit.*, quod scilicet gravius fuit peccatum Evæ comparativè ad peccatum Adæ, quia eum ad transgrediendum Dei præceptum sollicitavit, eique fuit in scandalum, ac propterea Deus graviter Mulierem punivit, eam viro subiiciendo, ibi sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, ubi antea eam dederat in sotiam, & *Rupertum* sequi-

sequitur *Pererius in Genesim lib. 6. cap. 3. de lapsu hominis q. 2. sub nu. 109., & nu. 148.*, undè mitius veniret miles hic puniendus, quia licet deliquerit, tamen sollicitatus, scandalo excitatus deliquit, nec mirum, dum & Salomon miserabiliter cecidit, aliàs singulari sapientia donatus, & in senectute positus, tamen de eo legitur *Reg. 3. cap. 11.*, quod averterunt Mulieres cor eius, & factus senex depravatum est cor eius, per Mulieres, ut sequeretur Deos alienos, & si quæras undè tanta vis in Muliere sollicitante virum, dicas cum Philosopho, quod argumentatur ad hominem, idèd facile vincit.

107 Nec potest contra militem relevare, quod scripsit *Raynald. Observat. Criminal. cap. 22. §. 1. sub tit. de raptu nu. 20., & 21.*, quod ad pœnam ordinariam sufficiat educere Monialem è Monasterio, etiam si non sequatur copula, tanto magis in hoc casu, quo miles eduxit Monialem, & sequata est copula.

Nam *Raynaldus* loquitur de educatione, quæ habet rationem raptus, quia tunc, tam ex *vi. l. si quis rapuerit*, quam ex *l. si quis non dicam rapere*, de quibus supra, sufficit verificare raptum, vel attentatum, absque quo ulterius sequatur copula, cum autem in nostro casu neque raptus, neque attentatum verificetur, clarè constat doctrinam *Raynaldi* non applicari.

108 Quæ omnia confirmantur etiam ex Sacris Scripturis, in quibus verbum corrumpere ponitur in sensu prædicto, scilicet corrumpere in animo, ita *Psal. 13. corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, & Genes. cap. 6. corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate, cumque vidisset Deus terram esse corruptam, omnis quippe caro corruerat viam suam super terram, ubi Pererius nu. 39. insinuat autem maxima corruptio animorum ex corruptione terræ; hæc ille.*

109 Quod etiam supra opponebatur professionem Monialis non posse dici nullam, ex quo non stetit per annum in novitiatu, & probatione, quia ex *Trid. sess. 25. c. 18. in fine de Regul., & Monial. Mulieres, quæ penitentes, aut convertitæ appellantur excipiuntur ab illa lege de integro anno pro-*

bationis complendo, & confirmat *Barbosa ad Trid. sess. 25. cap. 15. de Regular. nu. 35. Fagnan. in c. ad Apostolicam nu. 29. 30. 31. de Regular.*, ubi refertur Sacræ Congregationis declaratio, tum ex indulto Apostolico. Non enervat difficultatem, nec tollit facultatem, quam habet Monialis ad probandam nullitatem suæ professionis, tum quia primo, & principaliter dicit de nullitate ex defectu consensus, qui defectus non suppletur per indultum Apostolicum, Superior enim non potest supplere consensum subditorum, nisi quando tenebatur consensum præstare; *Sanchez. ad decal. lib. 3. c. 22. nu. 15., Carleval. de Juriis tit. 3. disp. 3. nu. 31.*, quia non supplet, quæ sunt Juris naturalis, *Clem. 1. §. ceterum de re iudicata, Barbosa claus. 177. n. 8. n. 10. n. 14.*, tum quia ut Convertitæ validè profiteantur non completo anno probationis debent renuntiare beneficio annalis probationis, simul & Priorissa cum voto Monialium, ut de more, & praxi Convertitarum in Urbe Romæ testatur; *Ricciol. in tract. de personis, quæ in reprobo statu versantur lib. 2. cap. 38. n. 4., & 5.*, ubi quod mos sit conficiendi publicum instrumentum de tali renuntiatione, tum quia Bulla Summorum Pontificum, quibus Concilium supra noluit derogare, disponit probationem Convertitarum regulandam esse secundum Jus commune, quod non irritat professionem factam, non completo anno probationis, dummodo renuntietur beneficio annalis probationis, *cap. ad Apostolicam de Regul.*, ubi *gloss. in V. anni*, quod statim potest Novitius recipi, & renuntiare hujus probationis beneficio, per tex. expressum in c. statui-mus eod. tit. de Regularibus, at requiritur, quod tam Novitia, quam Abbatissa cum voto Capituli renuntiet annalis probationis beneficio, quia hoc beneficium est commune Novitio, & Religioni; *Fagnan. in dicto c. ad Apostolicam nu. 21.*, ubi *n. 22.*, quod sufficiat renuntiatio, etiam tacita; Attamen ut præsumatur renuntiatum, requiritur cognitio talis facultatis renuntian-di, & advertentia, aliàs beneficium non cognito, & cui non advertit, non potest dici renuntiasse, cum voluntas non feratur in incognitum: *l. si per errorem ff. de Jurisdic. omnium Judic. l. nec ignorans C. de donationibus*, ubi non solum, quæ ignoravit, sed quæ